

FLAMINICA GELLIANA
IN NUPTIIS

Viri Reverendi & variâ eruditione Clarissimi

THOMÆ STEGERI
COLLEGÆ SUI

&

Virginis genere, formâ, virtutibus ornatissima

JOHANNÆ MAGDALENÆ
WELSCHIÆ,

producta

à

GELLIANIS IN ACADEMIA
LIPSIENSI.

LIPSIÆ,

Typis JOHANNIS ERICI HAHNII.
Anno cl^o 1^o VIII.

FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA!



FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA!

Flammeum mystæ maritam, flammeū Sponsam decet.

Sperne flaccidum nitorem florulentæ purpuræ,

Temne junctos in corollis unionum circulos, Quodq; nexibus capillos ambit aurum splendidis: Nimbushinc faceffat omnis. Flammeū magis placet, Flammeum pudoris index virginalis, integri, Qui pares albis ligustris suaviter tingit genas, Dum verecundō futura sperat ore gaudia, Antè non experta lecti dum timet poppysmata.

FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA!

Inclutæ neptes Quirini ritè nuptæ flammeis, Quùm novas primùm procorum ducerentur ad domos,

Et viro, de matre raptæ, convenirent in manum.

Luteo Gracchana mater, & Catonis Marcia, Ingeni dotes stupendas attulit sub tegmine.

Inter istas pone nomen, SPONSA GENTIS ITALÆ,

Teq; Romanam modestis approbato moribus,

Qualis uxor civitatis vixit in primordiis,

Quam gravis, spretà Sabinâ, prenderet Thalassius.

FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA!

Flam.



Flammigans fulgore multo ricas Flamminicam tegat
 Ne venenatam extimescas! nulla vis est toxico.
 Surculus felicioris hic superstat arboris,
 Nil habens inauspicati, noxium nihil ferens.
 Flaminis procede nupta, gestitans in arcum!
 Non ad Argeos itura, nec comas incondita;
 Sed polita, sed recurva comata crines cuspide.
 Ad sacrarium vocaris, iusta & ad Farracea.
 Quid moraris? lux recesit. Nupta prodi Flaminis
FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA
 Jam frequens puer jugales tollit altiùs faces,
 Jam propinquanti sonantes claustra pandunt janua
 Teq; teneris limen optant transilire gressibus.
 Ipsa quam prius videri pulchrior gestit domus,
 Et cupit, si qua potis sit, esse herademisior,
 Ne gradu cogatur isthic tertio plus scandere.
 Tu tamen secura prisca, Nupta, carimoniae,
 Scande ternos, scande plures, (hoc licet *STEGERIAE*:
 Donicum foecundioris pondus uteri siverit.
FLAMMEO VELA VENUSTOS VIRGO VULTUS ITALA
 Sive mavis usitatos luteis gentilium
 Flammeis mutare cultus, ethnicisq; ritibus
 Anteferre Christianos. Sic placebis rectius,
 Sic tuo sponso placebis, haud Diali Flaminis,
 Maximi sed optumiq; nuncio fido DEI.
 Ille, quamquam ab exoleto jure liber Flaminum,
 Non minus vovet perenni se teneri vinculo,
 Quod querela nulla laxet, nulla dissolvat dies,
 Semper

semper arctius ligatum mutuis amoribus.

DEME, NUPTA, DEME VULTU FLAMMEUM
STEGERIA,

Deme! jamjam conjugali collocanda lectulo!

Mitte fictos mitte questus: cedat anxius pudor!

Am cubile sponfus intrat corde adustus intimo,

amque lusus mille fingit, mille figit basia,

Moxque brachiis amanter implicabitur Tuis,

sicut ulmos lenta vitis asfitas amplectitur.

Quanta vobis gaudiorum, quanta risuum seges!

audite, ut lubet: breviqve liberos generi date,

in sciiis oris pudore noscitanos omnibus.

DEME NUPTA, DEME VULTU FLAMMEUM
STEGERIA.

F I N I S.



FLAMINICA
IN NU

Viri Reverendi & vari

THOMÆ S
COLLE G

Virginis genere, formâ,

JOHANNÆ M
WELSC

produ

GELLIANIS IN
LIPSIE

LIPSI
Typis JOHANNIS E
Anno clæ I

